

LETTRE XVI.

ILLUSTRISSIME AMICE ,

Epistolam tuam, die 4 Maii datam, in itinere Scanico constitutus *, accepi; missus enim fui à Rege, hoc anno, ut in Scanium observationes instituerem œconomicas, quâ scilicet ratione, plantæ, lapides, animalia, in usum verterentur œconomicum; peracto quatuor mensibus itinere, hisce diebus redux fui, dùm antè me reperio cistam tuam, refertam infinitis plantis, plurimis rarissimis. Non verba, nec mens sufficit ad declarandum gratum animum. Millenæ non sufficerent grates; novi enim optimè quanti laboris sit plantas inda-

* La Diète Nationale avait ordonné ce voyage. Linné partit le 29 avril 1749, refait d'une partie des peines qu'il avait éprouvées dans le courant de l'année précédente, par les marques d'estime et de considération dont ses amis l'entourèrent, mais assez triste encore pour répéter dans son âme les paroles, qui, maintenant plus que jamais, lui deviendront familières : *Laudatur et alget.*